

*NvK an Eb. Jakob von Trier. Er beschwert sich über das Verhalten des erzbischöflichen Sekretärs Siegfried und fühlt sich durch die Anweisungen, die Jakob seinem Sekretär erteilte, beleidigt. Nach einer ausführlichen Darstellung des Streits um den Archidiakonat von Brabant rechtfertigt er sein bisheriges Verhalten und erläutert die Gründe, warum er bisher noch nicht auf die Pfründe verzichtet habe. Er weist den Vorwurf der Undankbarkeit scharf zurück und bestreitet ein effektives Mitwirken des Eb. bei der Erlangung der Pfarrei St. Wendel. Er stellt jedoch einen baldigen Verzicht auf den Archidiakonat in Aussicht. Auf die Beschuldigung der Habsucht und Pfründenjagd antwortet er mit dem Hinweis auf die Stiftung des Hospitals in Kues.*

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 79<sup>r</sup>-80<sup>v</sup>.<sup>2)</sup>

Erw.: Koch, NvK als Mensch 556f.; Koch, Stiftung des Kardinals 38; Meuthen, Pfründen 45, 54; A. Dörrer, St. Wendel in Kult, Kunst, Namen und Wirtschaft von der Saar bis Südtirol. Ein Beitrag zum Cusanus-Gedenk Jahr (1464-1964), in: Forschungen und Fortschritte 39 (1965) 11-15, hier 12; Hensel-Grobe, Funktion und Funktionalisierung 199; Daniels, Diplomatie 234-236.

### Domino Treverensi

Re<sup>me</sup> in Christo pater et domine singularissime. Venit pridie (13. Dezember) ad me Sifridus vester<sup>3)</sup>, primo presentans credencias tam p. v. r<sup>me</sup> quam venerabilis et nobilis domini Philippi, prepositi Treverensis, et ad ea, que dixit, competenter, ut puto, respondi. Deinde presentavit duas litteras, unam v. r. paternitatis<sup>4)</sup> et aliam fratris<sup>5)</sup>, que in effectu idem habebant, quod predixerat. Ad illas literatorie respondi.<sup>6)</sup> Post hec, dum petita licencia abiisset, post aliquod intervallum rediit et litteram manu v. r. p. scriptam presentavit, dicens ex oblivione hoc accidisse. Quam cum legi, repecii priores meas litteras, quas assignaveram eidem, quas remisit apertas. Venit post hoc iterum ad me sollicitans responsum, asserens se omnia sic ex ordine fecisse de mandato p. v. reverendissime. Non iudicabam necessarium sibi alias litteras dare, postquam vidi primas apertas. Poterit enim rescribere si voluerit, que audivit et vidit.

Re<sup>me</sup> in Christo pater! Non parum admiratus sum de eo modo, quem Sifridus sic mecum tenuit. Estimabam enim me apud p. v. r. longe maior haberi atque intimior reputari quam quod illis viis temptarer vel adirer per Sifridum. Et nisi crederem michi non licere, ut tanto domino non responderem, abstinuisse utique ab hac scriptura. Proposui enim iam diu complacere pocius p. v. r. quam displicere. Hinc rogo in primis, si pro honore meo forte minus limate scripsero, michi ignosci.

Scit bene reverendissima p. v., an ab eo tempore, quo primum me dedi ad servicia p. v. r., conatus sim grate et sollicite, si non semper utiliter, servire, et an unquam expetierim quidquam ex aliquo pacto vel si eciam aliquod beneficium assecutus sum

<sup>4)</sup> ad: ü.d.Z. 7 abiisset: folgt gestr: ex.

<sup>1)</sup> Das Datum fehlt, ergibt sich aber aus Nr. 3753 und dem in Z. 2 Geschilderten.

<sup>2)</sup> Der Text ist bis Z. 32 unter Nr. 3753 geschrieben. Der Rest folgt auf den nächsten Seiten jeweils unter den Briefen Nr. 3628 und 3755.

<sup>3)</sup> Siegfried von Dreckenach, s.o. Nr. 3736 Anm. 8.

<sup>4)</sup> S.o. Nr. 3736.

<sup>5)</sup> Nicht erhalten.

<sup>6)</sup> S.o. Nr. 3753 und 3754.

vel quidquam tale pro remuneracione laborum. Nolo singula, que feci, repetere, sed oro deum, ut ita faciat anime mee, sicut ego libenter fecisset reverendissime p. v. Quod si non semper ad vota successerunt, que sperabam, nichil michi imputari potest negligencie.

25

Scribit in primis r. p. v. de archidiaconatu Brabantie. Respondeo numquam me cogitasse de illo, nisi dominus prepositus<sup>7)</sup>, cui denegabantur fructus ob nonresidenciam in Leodium et qui timebat ob diversitatem, que erat in ecclesia, posse aliquando spoliari, michi aperuisset viam permutacionis pro prepositura mea Monasterensi.<sup>8)</sup> Dicebat enim ipse michi hec verba: „Res ecclesie sic se disponunt, quod forte ego 30 privabor archidiaconatu et tu privaberis prepositura. Iuvemus nos mutuo via permutacionis.“ Et sic factum est. Utinam nunquam fuisset factum!

Fateor immediate et sponte me dixisse et sine pacto aliquo, quod pacata ecclesia ad beneplacitum suum semper paratus esse vellem restituere archidiaconatum et recipere preposituram meam et ita semper fecisset. Verum cum alias essem in urbe<sup>9)</sup> et licen- 35 ciam peterem omnia mea beneficia dimittendi et non impetrarem. Noluit enim sanctissimus d. n. me esse sine statu propter dignitatem cardinalatus; ymmo iubebat beatitudo sua sub pena excommunicacionis late sentencie, ne dimitterem. Et postquam ego replicavi, maxime de archidiaconatu Brabantie, quomodo omnino contra conscientiam meam illum diuicius tenerem, cum fructus eius consistant in extorsionibus et 40 redemcione peccatorum et quod ego satis diu comedissem peccata aliena, sanctitas sua subtituit.<sup>10)</sup>

Post parum reverendissimus d. meus cardinalis Andegavensis<sup>11)</sup> michi locutus est, ut archidiaconatum illum dimitterem pro d. Gottfrido de Waya<sup>12)</sup>, cubiculario sanctissimi d. n. Respondi, ut verum erat, me promisisse domino preposito, fratre vestro, prout prescribitur. Deinde rediens Brixinam recepi litteram manu d. Petri de Noxeto scriptam, quam mitto interclusam.<sup>13)</sup> Ad quam respondi, ut debui ex necessitate obediencie et de iure, scilicet quod quando deliberavero resignare archidiaconatum, quod tunc ad manus sanctissimi d. n. resignabo.<sup>14)</sup> Non scripsi ad favorem domini Gottfridi aut cuiuscumque, sed sic simpliciter, et aliter scribere non potui, ut scit r. p. v. Cardina- 50 lis enim non nisi ad manus pape beneficia resignare potest. Adieci eciam tempus resignandi iam non esse ob periculum gwerrarum inter dominum imperatorem et fratrem suum Albertum et inter ducem Sigismundum super divisione hereditatis et

<sup>7)</sup> Philipp von Sierck.

<sup>8)</sup> Münstermaifeld.

<sup>9)</sup> NvK war vom 5. März bis zum 29. Mai 1453 in Rom; s.o. Nr. 3151 und 3472.

<sup>10)</sup> Vgl. Nr. 3733, wo der hier angesprochene Eb. Jakob von Sierck in ähnlicher Weise eine gesteigerte Gewissenslast aufgrund der Art der Einkünfte einer Pfründe postuliert.

<sup>11)</sup> Kardinal Guillaume d'Estouteville. Vgl. oben Nr. 3734.

<sup>12)</sup> S.o. Nr. 3622 Anm. 7.

<sup>13)</sup> S.o. Nr. 3628 (1453 September 15).

<sup>14)</sup> S.o. Nr. 3755.

comitatus Tirolensis.<sup>15)</sup> Modo scribit reverendissima p. v. et ita requirit dominus prepositus frater, quod procuratores constituam, qui in favorem ipsius d. prepositi via permutacionis aut alias resigent archidiaconatum. Bene intelligit p. v. re<sup>ma</sup> ex prioribus hoc me facere non posse ob illa, que, ut prescripsi, intervenerunt.

Tangunt littere domini prepositi me nonnulla verba dixisse in monte Rover<sup>16)</sup>, quod archidiaconatum sibi dimitterem. Non nego, ymmo sibi pre aliis omnibus faverem, si in facultate mea esset disponere de illo. Scit eciam p. v. re<sup>ma</sup>, que fuit presens, illa verba mea fuisse circumstancionata: Dummodo ego pacem assequerer in ecclesia mea, ac quod dominus prepositus tunc respondit se nolle optare archidiaconatum, nisi pacem assecutus essem. Veni ad istam ecclesiam contra mentem principis Sigismundi, qui cum incolis differenciam quandam habet super moneta<sup>17)</sup> et timens, quod populus reciparet ausum rebellandi, si propter ipsum processus fulminarentur, admisit me. Verum cum nuper me temptaret, an ut mei predecessores sibi iurare vellem et suus consiliarius esse, et responderem missis ad me hoc me facere non posse propter dignitatem cardinalatus<sup>18)</sup>, non reperio wltum eius sicud nudius tercius et in factis ecclesie mee parum proficio, adeo quod sepe cogito consulcious fore illam alteri dimittere, qui cum favore principis melius preesse possit. Utinam sanctissimus d. n. me absolveret, quia comedo panem in angustia<sup>19)</sup> et etas mea expetit pacem.

Hoc scio, quod minus tempus modo est dimittere beneficia quam ante annum fluctuacionibus istis pendentibus, nisi mundum deserere velim.<sup>20)</sup> Curia romana michi gravis est neque facultates suppetunt. Extra curiam locum non habeo nisi ecclesiam, in qua durum est vivere sine assistencia principis.

Unde rogo, quod re<sup>ma</sup> p. v. me habeat excusatum et ita swadeat d. preposito. Si pro nunc non possum facere id, quod petit, omnino eveniat, quidquid voluerit. Proposui archidiaconatum dimittere et dimittam in isto anno resignando simpliciter ad manus pape et avisabo dominum prepositum, ut, si fieri potest, assequatur, neque aliud facere possum.

Quod autem michi scribitur et per Sifridum dictum est, quomodo multa milia florinorum habuerim de archidiaconatu plus quam habuissem de prepositura Monasterensi, respondeo, quod nisi fuisse cardinalis, nichil habuissem de archidiaconatu et

83 nichil: ü.d.Z. statt gestr. minus.

<sup>15)</sup> HZ Albrecht VI. erhab Anspruch auf Gebiete in Vorarlberg und Schwaben, welche Sigismund im Zuge der Erbteilung von 1450 zugeschlagen waren und inzwischen den Brüdern Vigilius und Bernhard Gradner verliehen oder verpfändet waren. Entgegen der Vereinbarung von 1450 hatte es Sigismund versäumt, diese Gebiete zuerst Albrecht anzubieten. Vgl. A. Jäger, Die Fehde der Brüder Vigilius und Bernhard Gradner gegen den Herzog Sigmund von Tirol, in: Denkschriften. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philosophisch-Historische Klasse 9 (1859) 233-301, hier 243f.; B. Bilgeri, Geschichte Vorarlbergs II, Wien u.a. 1974, 228; Köfler, Land, Landschaft, Landtag 260; Baum, Sigmund der Münzreiche 146; Langmaier, Erzherzog Albrecht VI. 352-357, 408-418.

<sup>16)</sup> Ruvver bei Trier; vgl. zum dortigen Treffen des NvK mit den Gebrüdern Sierck Nr. 1982 (1451 November 8/9); 2924 Z. 6f.

<sup>17)</sup> Vgl. die Maßnahmen des NvK zur Übernahme der Münzordnung HZ. Sigismunds; Nr. 3679, 3680, 3700.

<sup>18)</sup> Ähnliche Äußerungen finden sich bereits in früheren Briefen des NvK; s.o. Nr. 2818 Z. 7-11.

<sup>19)</sup> Vgl. Jes. 30,20.

<sup>20)</sup> Vgl. zu den Überlegungen des NvK, sich ins Kloster Tegernsee zurückzuziehen unten Nr. 3793, 3826.

tamen non minus habuissem de prepositura, neque sunt tot milia florenorum ibi, sicud multi putant.<sup>21)</sup> Non valet archidiaconatus terciam partem eius, quod valere solebat. <sup>85</sup> Utinam nichil habuissem et non tenerem deo reddere rationem! Sicud ista frustra michi improperata sunt, ita ex superfluo respondeo; possum enim dicere: Quidquid habet dominus prepositus ex prepositura, plus habet quam habuisset ex archidiacanatu, quia nichil habuisset de eo, nisi residisset. Hec de archidiaconatu.

Scribit p. v. r. de ecclesia sancti Wandelini<sup>22)</sup>, quomodo illam nunquam fuisse<sup>90</sup> assecutus per reservationem obstante suspensione animorum et neutralitate<sup>23)</sup>, nisi p. v. fecisset etc. Nescio, ad quem finem p. v. renovat illa. Terencius ait: „Rememoracio accepti beneficii exprobatio est.“<sup>24)</sup> Ego credo, quod prout r. p. v. finaliter fuisse<sup>95</sup> obediens sedi apostolice, quia ad promocionem et ad tempus eius attendissetis. Sed pro honore meo necesse est, ut aliquid respondeam: Manifestissimum est, quod neque<sup>100</sup> suspensio<sup>25)</sup> neque neutralitas alicui dedissent titulum sine auctoritate sedis apostolice, sed cum detimento animarum contra deum et iusticiam occupacio de facto forte fieri potuisset ad tempus. Reverendissima p. v. contulit illam ecclesiam notorie reservatam omni iure non per dominum Eugenium, sed per Martinum papam<sup>26)</sup> indubitatum et non per aliquam regulam cancellarie reservatam, sed per ius scriptum. Ego, qui habui<sup>105</sup> optimum ius apostolicum, ex illa collacione p. v. habui impedimentum. Quod si impedimentum illud tolli debuit, oportebat me dimittere tria beneficia que habui in possessione, scilicet prebendam Traiectensem<sup>27)</sup>, que estimatur in loco ad centum nobile(s)<sup>28)</sup>, pastoriā in Bernkastel<sup>29)</sup> et capellam sancti Mauricii in cimiterio sancti Paulini.<sup>30)</sup> Ista est gratia, quam ego habui, ut optimum ius meum locum habere posset. <sup>110</sup>

Scribit p. v. r. de suffraganiatu.<sup>31)</sup> Scio, quod verba habita sunt de erigendo ibidem ecclesiam cathedralē suffraganealem et pensato periculo atque eciam difficultate ponderata res sic remansit.

---

87 ita: folgt gestr. superva. 92 renovat: ü.d.Z. statt gestr. remit. | Rememoracio: folgt gestr. preteriti. 94 quia: ü.d.Z. statt gestr. quando. 96 sine: folgt gestr. sede. 97 animarum: folgt gestr. suarum.

21) Zu der Frage des Ertrags der beiden Pfründen s.o. Nr. 3754 Anm. 5.

22) Zur Pfarrei von St. Wendel s.o. Nr. 3736 Anm. 6.

23) Die Kurfürsten hatten auf dem Frankfurter Wahltag am 17. März 1438 ihre Neutralität im Streit zwischen Eugen IV. und dem Basler Konzil erklärt und dies mit der suspensio animorum begründet, welche aus der Unsicherheit über die Legitimität der beiden Streitparteien rührte; s. RTA XIII 216-219 Nr. 138, hier 218 Z. 15: animos nostros suspensos. Vgl. Stieber, Pope Eugenius IV 132-155; Helmuth, Basler Konzil 289f.; Daniels, Diplomatie 160.

24) Terenz, Andria I 1, ed. M.R. Posani, Bologna 1990, 90: Sed hoc mihi molestum est: nam istaec commemoratio quasi exprobatio est immemori[s] benefici.

25) Gemeint ist wohl erneut die suspensio animorum (Z. 91) der Kurfürsten oder auch die Suspension Eugens IV. durch das Basler Konzil am 24. Januar 1438; s. MC III 25-30; Stieber, COGD II 2, 1045-1051.

26) Die hier angesprochene Reservation Martins V. ist sonst nicht belegt.

27) Über diese Utrechtische Pfründe des NvK scheint sonst nichts bekannt.

28) Noble, niederländische bzw. englische Goldmünze; vgl. Kluge, Numismatik des Mittelalters 428.

29) Pfarrei von Bernkastel; vgl. Nr. 490; Meuthen, Pfründen 39.

30) Mauritius-Altar in einer Kapelle des Friedhofs von St. Paulin in Trier; vgl. Nr. 379.

31) Ende der 1440er Jahre verhandelte NvK mit Jakob von Sierck über die Erhebung der Pfarrkirche von St. Wendel zu einem Trierer Suffraganbistum; vgl. Meuthen, Pfründen 54; Tritz, Schätze im Himmel 208.

Demum p. v. locuta fuit de erigendo monasterium Celestinorum; quam rem eciam,  
110 cum ordo ille non sit in Almania, difficultavi. Placuit finaliter, quod monasterium fieret  
religiosorum sive Celestinorum sive canonicorum regularium et quod ego bullam  
facultatis impetrarem, quod et feci et Sifrido vestro ad legendum ostendi.<sup>32)</sup> Quod  
autem p. v. dicit me promisso, quod bullam mitterem p. v., non teneo menti neque de  
hoc verbum fecit michi p. v. in Treveri, ubi tamen mecum habui bullam.<sup>33)</sup>

115 Sribit p. v. me dixisse nolle habere nisi unicum beneficium. Ymmo sepe dixi et dico!  
Curabo, quantum in me erit, penitus sine beneficio mori. Sed quod p. v. ita servavit  
verba mea, ut arguat me ex illis non ad salutem anime mee, sed ad aliud propositum et  
commodum particulare, nescio si ego facerem.

Ubi scribit p. v. de vicario in pontificalibus nutriendo de ecclesia sancti Wendelini<sup>34)</sup>,  
120 non placet michi, quod recedatur a primo proposito de erigendo monasterium. Quod  
si voluerit p. v., ut hec erectio effectualiter fiat, paratus ero iuxta conducta et continen-  
tiam bulle desuper obtente efficere id, quod in me erit.

Patiatur, queso p. v., ut hoc verbum unum cum pace loquar. Quid est, quod p.  
vestram movet hoc tempore sic invehere in me, me in vestrum utique fidelem? Que  
125 sunt signa mutacionis prioris animi! Si aliquid mali vidi p. v. in me, referet. Ego enim  
nichil suspicatus sum putans me habere patrem in p. v. r. et conservatorem, et omnes  
fortunas meas direxi in servitium dei sub p. v. r. et penitus nichil retinui neque retineo,  
quin omnia conferam ad hospitale, sive de beneficiis sive de patrimonio, et non est  
cupiditas, que me sollicitat ad tenendum beneficia, sed necessitas pocius. Et nisi ego  
130 firmissimam spem habuissem de maximo favore et directione p. v. r. in eo loco adeo  
sumptuosum edificium non inchoassem<sup>35)</sup>, sed pocius in alio. Nam hec sententia firma  
erit, sive ibi sive alibi: Quidquid deus dabit, pauperum erit. Modo cum sim in opere,  
cuius expense preter spem augentur nec habeo unde continuare nisi ex beneficiis,  
sollicitor per p. v. reverendissimam, ut ad statim dimittam. Utinam istud previdissem et  
135 Christi doctrinam pensassem de turri edificanda!<sup>36)</sup> Nichil est, quod me tantum angu-  
stet, sed deus inspirabit, an ibi vel alibi compleri debeat sanctum propositum. Quod si  
non complebitur in loco inchoato, causa erit, quia experior r. p. v. michi amariorem  
quam putabam.

Hec sic semper sub omni correctione et cum omni reverencia rescribo ad litteras  
140 r. p. v., paratus semper corrigi, si excessi, orans bene valere reverendissima p. v.

---

117 me: ü.d.Z. | ex: folgt gestr. ü.d.Z. me. | propositum: folgt gestr. anime. 123 est: folgt gestr. michi. | quod:  
folgt gestr. michi. 124 me<sup>1</sup>: folgt gestr. vestrum. 134 per: ü.d.Z. | et: folgt gestr. dictum.

<sup>32)</sup> Nr. 931 (1450 August 29). Es ging um die Einrichtung eines Zölestinerklosters oder Regularkanonikerstifts; vgl. Meuthen, Pfründen 55, 58; Tritz, Schätze im Himmel 208.

<sup>33)</sup> Wohl im Oktober/November 1451 während der Legationsreise.

<sup>34)</sup> S.o. Anm. 22.

<sup>35)</sup> Gemeint ist das St. Nikolaus-Hospital in Kues.

<sup>36)</sup> Vgl. Lk. 14,28.